

inter eis in donationem predictam, quod dictus Iaconus Bartholomeus emere teneatur et debeat amodo videlicet ad tres annos finitos in barolo domum unam valoris unciarum trium. Quam donationem, ipsa Cerintia tenere debeat et utifruy dum vixerit, post mortem vero dicte Cerintie dicta domus devenire debeat pro anima sua ad dominium et proprietatem Maioris Ecclesie Baroli. Ita quod clerici dicte Ecclesie teneantur et debeant facere anniversarium anno quolibet ad expensas dicte Ecclesie pro anima dicte Cerintie die videlicet mortis ipsius. Et si contingit dictam Cerintiam decedere intra dictum terminum trium annorum, dictus Iaconus Bartholomeus similiter emere teneatur domum ipsam *etc.* Quod si dictus Iaconus deficeret in emptione dicte domus in dicto termino, causa dicta Cerintia si vixerit quod dicta Ecclesia post mortem dicte Cerintie habeant recursum ad dictam vineam et ordines cum parte dictorum palmenti pile curtis et domuncule ipsasque capiant teneant *etc.* Dicta Cerintia obligavit dicto Bartholomeo omnia bona sua *etc.* Quod scripsi ego predictus Magister Spina puplicus baroli notarius qui predictis rogatus interfui et meo signo consueto signavi. (*Segno*).

† Iohannes de Maurone q. s. Iudex. (*Segno*).

† Angelus manganus testatur.

† Ego Nicolaus notarii petri testis.

† Laurentius Sabini testatur.

N. 114.

A. D. 1328

(7 aprile; Indiz. XI)

Provenienza Cattedrale.

Data di luogo Barletta.

Rogatario Magister Spina not.

Descrizione Taglio rettang: alt. m. 0,38; larg. m. 0,27.

Scrittura Gotica.

Contenuto Il giudice Iohannes de Cantore assegna *pro anima* alla Chiesa di Santa Maria Maggiore di Barletta una sua casa.

Bibliografia Inedita.

† Anno ab Incarnatione domini nostri Iehsu christi Millesimo Trecentesimo vicesimo octavo Regnante domino nostro Roberto *etc.* Regnorum suorum anno Nonodecimo Mense Aprilis septimo die eiusdem undecime Indictionis apud Barolum. In presentia nostrum Angeli de Costa Regalis Baroli Iudicis, Magistri Spine puplici eiusdem terre notarii et testium subscriptorum licteratorum *etc.* Discretus vir Iudex Iohannes de Cantore frater qd. et heres discreti viri dopni Petri Cantoris Maioris Ecclesie Baroli voluntarie cum tota debita et consueta iuris observantia dedit et tradidit et assignavit pro anima dicti dompni Petri Cantoris fratris sui discreto viro dompno Leonardo de Comite Russo Canonico et procuratori dicte Maioris Ecclesie baroli ut nobis constitit presenti et recipienti pro se et pro parte dicte Ecclesie, in solutum pro unciis auri tribus ponderis generalis legatis olim dicte Maioris Ecclesie per dictum qd. dompnum Petrum Cantorem in ultimis suis ut dixerunt pro emenda ad opus dicte Ecclesie domum unam in dicta terra baroli pro anima sua domum unam ipsius Iudicis Iohannis sistentem in dicta Civitate Baroli in pictagio Marcicani a medio Castro